Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

II. frs.

frs.

burt poia frib. similar. ut misericors fiat & fidelis pontifex ad dm. ut repp̃iciarit delicta ppli. In eo enim in q passus est ipse & tentat. potens est & eis q tentantur auxiliari. Vnde fratres sancti uocationis celestis participes. Considerate apl̃m & pontificem confessionis nrae ihm. q fidelem fuit ei q fecit illum. sicut & moyses in omni domo illius. Amplioris enim gloriae iste p moyse dignus habitus est. qn to amplioris honoris habet domus q fabricatur illam. Omis nanq; domus fabricat aliqs. q autem omnia creauit ds est. Et moyses q de fideli erat in omni domo ad testimonium eorum q dicenda erant. Christus autem tanq filius in domo sua. cuius domus sumus nos. si fiducia & gloriam spei usq; ad finem firmam retineamus. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus. hodie si uocem eius audieritis. nolite obdurare corda uestra sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto. ubi tentauerunt me patres uestri probauerunt & uiderunt opera mea. quadraginta annis propter quod infensus fui huic generi & dixi semper hi errant corde ipsi uero non cognouerunt uias meas. quibus iurauit in ira mea si introibunt in requiem meam. Videte fratres ne forte sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo uiuo. sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies. donec hodie cognominatur. ut non obdurentur quis ex uobis fallacia peccati. Participes enim facti sumus. si tamen initium substantiae eius usq; ad finem firmum retineamus. dum dicitur hodie si uocem eius audieritis. Quomodo in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt. sed non uniuersi qui profecti sunt ab egypto per moysen. Quibus autem infensus est xl. annis. Nonne illis qui peccauerunt. quorum cadauera prostrata sunt in deserto. Quibus autem iurauit non intrare in requiem ipsius. nisi illis qui incredituli fuerunt. Et uidemus quia non potuerunt intrare in requiem ipsius. propter incredulitatem. Timeamus ergo. ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius. existimet aliquis ex uobis deesse. Etenim & nobis nunciatum est. quemadmodum & illis. Sed non profuit illis sermo audito. non admixtus fidei ex his qui audierunt. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus. quemadmodum dixit. sicut iurauit in ira mea. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis dixit. quodam in loco de die septimo. sic. & requiescit ds die septimo. ab omnibus operibus suis. & in isto rursus si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest quosdam intrare in illam. & hi quibus prius annunciatum est non intrauerunt propter incredulitatem. rursum diffinit diem